



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

LXXVI. Officium, & Missa B.M. de Socos pro Ord. B.M. de Mercede.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)



Confirma-  
tio relati De-  
creti.

Clausula.

cenfuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abfolventes, & abfolutum fore cenfentes, fupplicationibus ejus nomine nobis fuper hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum præinferum auctoritate Apoftolica tenore præfentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adjicimus; falva tamen femper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipſas præſentes literas femper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari: Sicque in præmiſſis per quofcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoftolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane fi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcien- ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſc. die XXX. Julii MDCXCVI. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

LXXVI.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum de Officio, & Miſſa B. Mariæ de Socos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv. pro Religioſis utriuſque ſexus.

*Conſt. præcedenti confirmatus fuit cultus immemorabilis. Et Conſt. ſequenti conceduntur Officium, & Miſſa B. Petri Paſchafii.*

Dat. 30. Junii  
1696. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**A**Lias ad ſupplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fr. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Cauſæ Canonizationis B. Mariæ de Socos Monialis dicti Ordinis Poſtulatoris emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacr. Ritibus præpoſitorum Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Barchinonen. Canonizationis B. Mariæ de Socos Ord. Beata M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum. Remiſſo Sacrorum Rituum Congregationi ſupplicii Libello a R. P. M. Fr. Bernardo a Carignena, & Spenza Vicario, & Procuratore Generali Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum, & hujusmodi Cauſæ Poſtulatore SSno D. N. porrecto, in qua humillime ſupplicabat Sanctitati Suae, ut de Beata Maria prædicta, de cujus cultu immemorabili die 9. Februarii anni 1692. cum ſubſecuta approbatione Sanctiff. die 13. ejusdem menſis, & anni fuit reſponſum conflare; facultatem pro ſua Religione recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de Comuni Virginum ſub ritu ſemiduplici die 19. Septembris natalitio ejusdem Beata ſingulis annis benigne concedere dignaretur; Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Dom. Card. Caſanatae Ponentis audito prius tam in ſcriptis, quam in voce Reverendiſſimo Archiepiſcopo Myren. Fidei Promotore, omnibus bene perpensis, ac mature conſideratis, gratiam petitam pro Religioſis utriuſque ſexus dicti Ordin. B. M. de Mercede tantum concedi

Decretum  
d. Congrega-  
tionis pro  
Officio, &  
Miſſa ſub ri-  
tu ſemidupli-  
ci die 19.  
Sept. cum  
aſſenſu San-  
ctiſſimi.

Preces Pro-  
curatoris  
Gen.

Confirma-  
tio relati De-  
creti.

Clausula.

poſſe cenſuit, ſi Sanctiff. D. Noſt. videbitur die 2. Octobris 1694. -- Faſta igitur deinde Sanctiff. Dno de prædictis per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 9. ejusdem Menſis, & anni 1694. A. Card. Cybo. -- B. Inghirami Secretarius.

§. 1. Cum autem, ſicut dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujusmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoftolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generale ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie abfolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum præinferum, auctoritate Apoftolica tenore præfentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adjicimus, falva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quofcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoftolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane fi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcien- ter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem proſus fides ubique locorum, tam in Judicio quam extra illud habeatur, quæ ipſis haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Junii MDCXCVI. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum circa Officium, & Miſſam B. Petri Paſchafii Martyr., & Episc. Giennen. Ord. B. M. de Mercede Redem. Captiv.

*Conſt. præcedenti conceſſa fuere Officium, & Miſſa B. Mariæ de Socos. Et a Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Jul. 14. P. 5. confirmatur cultus immemorabilis B. Serapionis.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**A**Lias ad ſupplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cl. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet: Ordinis B. M. Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum. Sacrorum Rituum Congregatio ad humillimas preces R. P. Magiſtri

LXXVII.

Dat. 6. Julii  
1696. An. 5.

Fratriſ